UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Aduentus Christi bona fuerunt septe[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

næ, & candidę oportet eſſe animam
in qua ipſe ſedere elegerit. Secun- Eſa. 52.
do in ueſtium pulcritudine. ut Eſa-
ias adhortatur inquiens. Induere
ueſtimentis gloriæ tuę Hieruſalem
ciuitas ſancta. Baruch quoque ait. Baru. 5.
Exue te Hieruſalem ſtolam luctus,
& uexationis tuæ, & induere deco-
rem, & honorem eius, quæ à deo
tibi eſt in ſempiterna gloria. Ter-
tio in epularum delectabilitate.
Sunt etenim deliciæ bona opera pu
ra intentione facta, bona uerò ope
ra poſſumus intelligere opera ſe-
ptem miſericordiæ, de quibus in
perſona pauperis loquitur Chri-
ſtus quando dicebat. Eſuriui, & de
diſtis mihi manducare, ſitiui &c. Mat. 25
Tertia eſt, ut intelligentes deum
eſſe prope, exeant obuiam ei. Ec-
ce ſponſus uenit, exite obuiam ei.
Legitur apud Matthęum. Mat. 25

Aduentus Chriſti bona fuerunt ſeptem.

PRimum fuit mundi illumina-
tio. Vnde Io. dicebat. Erat lux Ioan. 1.
uera quæ illuminat omnẽ ho-
minem uenientem in hunc mun-
dum. Item dicebat. Ego ſum lux Ioan. 8.

mundi . Secundum Inferni expolia-
Oſe,14 tio . Vnde Oſea dicebat in perſona
Chriſti . O mors ero mors tua, mor
Zac, 19 20, ſus tuus ero inferne . Zacharia quo
que hanc ueritatem fatebatur in-
quiens. Tu eduxiſti in ſanguine tuo
uinctos de lacu, in quo nõ eſt aqua.
Eph, 1. Tertium , reparatio cæli . In quo
(inquit Paulus) poſuit reſtaurare,
uniuerſa . Quartum diaboli ſupe-
Heb, 5. ratio. Vnde Paulus ad Hebręos di-
cebat . Vt deſtrueret eum , qui ha-
bebat mortis imperium . Ad hoc
nanque Deus factus eſt homo, ut
perditum hominem de poteſtate dę
monum erueret . Quid prodeſſet,
dicit Bernardus , diabolum à Deo
uinci , nobis manentibus ſuperbis?
Quintum fuit , peccati deſtructio.
Ob hoc Paulus dicebat . Vetus ho-
Rom, 5. mo noſter ſimul crucifixus eſt, ut
deſtruatur corpus peccati . Vnde
Gregorius dicit . Magnum pecca-
Grego. tum ſuperbiæ, Deus humilis uenit,
iſte ingens morbus animarum, om-
nipotentem medicum de cælo ad-
duxit , uſque ad formam ſerui hu-
milia ut contumeliis egit, ſigno ſu-
ſpendit , ut ſalute tantæ medicinæ
curaretur hic tumor. Et D. Augu-
Augus. ſtinus dicit . Propter nos, & noſtrã
ſalutem uenit pius Deus , quærere,

& ſaluum facere quod perierat. Sex
tum hominis cum Deo reconcilia-
tio. Vnde Paulus dicebat ad Roma Rom. 5.
nos ſcribens. Reconciliati ſumus
Deo per mortem filii eius. Augu- Auguſ.
ſtinus etiam in meditationibus ſuis
dicit. Deſperare iam non audeo, Cap. 14
quia cum inimici eſſemus, reconci
liati ſumus per mortē filij tui; quan
to magis reconciliati, ſalui facti ſu-
mus per eum? Septimum hominis
beatificatio. Vnde Ioannes dicit.
Sic Deus dilexit mundum ut filium Ioan. 3.
ſuum unigenitum daret, ut omnis
qui credit in illum non pereat, ſed
habeat uitam æternam. Sequitur.
Qui credit in eum habeat uitā æter
nam. Propter hæc bona clamant Ioan. 6.
ſancti patres dicentes. Vtinam diſ-
rumperes cælos, & deſcenderes.
De his ſeptem loquitur Eſaias di- Eſa. 64.
cens. Spiritus domini ſuper me ad Eſa. 61.
annunciandum manſuetis miſit me;
Ecce mundi illuminatio, prædican-
do enim mundum illuminauit. Vt
mederer contritos corde, ecce pec-
cati deſtructio. Prædicantem capti
uis indulgentiam, ecce inferni ex-
poliatio. clauſis aperitionem, ecce
cæli reſtauratio. Vt prædicarem an
num placabilem, ecce hominis cum
Deo reconciliatio. Diem ultionis,

ecce diaboli deſtructio, ſicut enim fecit ultionem de omnibus iniuriis quas faciebat diabolus ſanctis. Dare coronam, ecce hominem beatificatio, quæ in nouisſimo die tam corporis, quàm animę ſimul erit.

Aduerſarij noſtri ſunt quatuor.

PRimus eſt mundus. Quem debemus uincere per fidem,
1.Io,5. ſicut dicit Io. Hæc eſt uicto-
ria quæ uincit mũdum fides noſtra.
& huic uincenti debetur palma u-
Apo.4. ctoriæ. Sicut dicitur in Apoc. Vin-
centi dabo manna abſconditum. Se-
cundus eſt diabolus, qui crudelis
1.Pet.3 eſt aduerſarius; de quo dicebat Pe-
trus. Sobrii eſtote, & uigilate quia
aduerſarius uidetur diabolus tanquam
leo rugiens &c. Hunc aduerſarium
debemus uincere per pietatem pro-
ximi ſicut Chriſtus, ſicuti docemur
Apo.3. in Apoc. Vicit leo de tribu iuda Ra-
dix Dauid: ideſt Chriſtus qui mor-
tem noſtrã moriendo deſtruxit, &
uitam reſurgendo reparauit. De nul-
la nanque re ſic uincitur, ſicut de
miſericordia. Huic debetur palma,
Apo.4. ſicut legimus. Qui uincit faciam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN